

sanctorum canonum ordinationem nequaquam diutius differendam fore. Unde monemus fraternitatem vestram, ut ad ipsam sedem nostram, scilicet urbem Remensem^e, quo electum iuxta voluntatem dei de more futurum episcopum ordinemus, nobis quantotius obviare festinetis. Idipsum quoque confratri et coepiscopo illo ecclesię ill., ut pariter
5 quoque conducto die festinet occurrere, intimare curatote.

Valeat dilectio vestra memor semper nostri et ubique in domino.

Dat. VIII. Id. Sept., feria IIII, anno DCCCLXXXVII.

^e) danach am Zeilenende Platz freigelassen für ein Wort von ca. 5 Buchstaben, wohl Rasur Hs.